

- MAXIM.** trarium videtur, vitari debet. Lib. 8 *Dictor. memorabil.*, cap. 8.
- Vide etiam tit. *Cogitatio*, sent. 4; *Contemplatio*, sent. 238; *Curiositas*, sent. 38; *Dormire*, sent. 38; *Erexitum*, sent. 9, 10; *Labor*, sent. 90; *Luxuria*, sent. 98; *Militia*, sent. 79; *Negotium*, sent. 74; *Profectus*, sent. 89; *Puillanimitas*, sent. 20; *Religiosus*, sent. 97; *Requies*, sent. 77; *Tempus*, sent. 94.

PÆDAGOGIA.

- CLEM. ALEX.** *Etymologia.* Pædagogia græce *παῖδων ἀγωγὴ*, hoc est, puerorum educatio. Lib. 1 *Pædagog.*, cap. 5.
- HUGO CARD.** Pædagogus a pede et *παιδός* puer, ἀγωγὴς ductio. Super 1 *ad Cor.*, cap. 4.
- CLEMENS ALEX.** *Divisio.* Pædagogia multis modis appellatur: 1. est pædagogia ejus, qui ducitur et discit; 2. est pædagogia ejus, qui ducit et docet; 3. est pædagogia, ipsa deductio et institutio; 4. est pædagogia, ea que docentur, ut præcepta. Lib. 1, *Pædagog.*, cap. 7.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AUGUST.** 1. Lex hominem terrendo ad Christum diligendum pædagogi perducit officio. *De Perfect. just.*, cap. 5.
- CLEMENS ALEX.** 2. Pædagogus humanis præceptis, tanquam lenibus medicamentis, ad perfectam veritatis cognitionem eos, qui laborant, ducit. Lib. 1, *Pædag.*, cap. 1.
3. Quemadmodum quorum corpus ægrotat, iis medico opus est; ita quorum æger est animus, ii pædagogo indigent. *Ibid.*
- GLOSS. ORD.** 4. Sicut cum pædagogo traditur puer, si minus dignis imbutus appareat disciplinis, culpa ad pædagogum refertur ita nec puer a patre, ut pædagogus arguitur, nisi durus et lascivus et protervus pædagogi salutaria monita spreverit. Super *Num.*, cap. xxv.
- HESTICHUS.** 5. Optimus corporis et animæ pædagogus est, indelebilis memoria mortis. *Centur.* 1, sent. 94.
- S. HIERON.** 6. Optimum te convenit habere pædagogum, qui te moneat, qui asperitate frontis te terreat. *Epist.* 47, de *Vitando suspecto contubernio*.
7. Pædagogus parvulus assignatur, ut lascivienti refrænetur ætas, et prona in vitia corda teneantur, dum tenera in studiis eruditur infantia, et ad majores philosophia, ac rogandæ reipublice disciplinas, metu pœnæ coercita præparatur. *Prose.*
8. Non tamen pædagogus, magister et pater est: nec hereditatem et scientiam pædagogi is qui eruditur expectat, sed alienum custodit filium pædagogus, ad eo postquam ille ad legitimum capiendæ hæreditatis tempus advenit recessurus. Lib. 2, super *Epist. ad Galat.*, cap. iii, in illud: *Lex Pædagogus noster*.

PALATIUM.

9. Perfectæ ætatis discipuli non indigent pædagogo. Super *Epist. ad Galatas*, cap. iii.
10. Pædagogus pueris tantum constituitur, ducit ad scholas puerum, docet, exerceat, custodit, accusat cum peccat.
11. Adolescentium pædagogus, crux est. *Homil. de Cruce Dom.*
12. Pædagogus non adversatus præceptoris, sed adjuvat, arens adolescentem ab omni vitio, reddens illum idoneum omni studiopercipiendis quas tradit præceptor. Super *Epist. ad Galat.*, cap. iii.
13. Cum pædagogo traditur puer, si forte minus dignis, nec secundum paternam nobilitatem imbutus appareat disciplinis, continuo culpa ad pædagogum refertur: nec ita puer a patre, ut pædagogus arguitur, nisi durior fuerit, et pædagogi monita spreverit. *Homil.* 20, in cap. xxv, *Numer.*
14. Necessarium est opus pædagogi donec parvulus est is qui sub pædagogo est, non est autem necessarium officium pædagogi, cum ad perfectionem venerit is qui sub pædagogo fuit. Lib. 3, in cap. ii, *epist. ad Rom.*
15. Enormiter peccat, sequæ vitæ alienæ reum constituit, qui pueros in ætate tenera, nimia familiaritate et suavitate verbis emollit. *Epist.* 54, ad *Joan. episc. Salisberiens.*
16. Deterimus quisque puer odit præceptores et pædagogos. *De Sacrific. Abel.*
17. Pucri arcta adhibetur custodia, dum sub pædagogis educantur. *Contra retrahentes ab ingressu relig.*, cap. 7.

SENTENTIE PAGANORUM.

18. Unicuique nostrum videtur pædagogum dari Deum. *Epist.* 140.
19. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cujus sana facies medicamentum desideret. *Epist.* 123.
20. Imbecillioribus ingenis necessarium est aliquem præire: ut dicat, Hoc vitabis, hoc facies. *Epist.* 94.

PALATIUM.

SENTENTIE PATRUM.

1. Quid querimus? cuius rei militamus? majore esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? et per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? et quando istud erit? Lib. 8, *Confess.*, cap. 6.
2. Quotidie perstreperunt in palatio leges, sed Justiniani, non Domini: hæc autem non tunc leges, quam lites sunt et cavillationes, subvertentes judicium. Lib. 1, de *Consid.*
3. Rigida vita debet declinare mollium palatia,

PANIS.

PANIS.

- que frequentant mollihus indutus adulantes. Super *Math.*, cap. xi, in illud: *Eccæ qui mollihus vestiuntur*.
4. Rigidam vitam et austeram vitare debere aulas regum, et mollium hominum palatia declinare certum est. Lib. 2, in *Math.*, cap. xi, can. 5, num. 102, super illud: *Eccæ qui mollihus*.
5. Melius est religiosus tabernaculum habere, quam palatium. Super *Josue*, cap. xviii.
6. Majus est saturari in palatio, quam in palatio gaudere. Super *Math.*, cap. v.
7. Frequenter in palatiis conversantur, qui mollihus et delicatis auribus principum, etiam in turpibus blando lenocinantur applausu, pomentes cerevicia sub capite, et pulvinaria sub omni cubito manus. *Prose.*
8. Vix inventurum curis, qui non vendat oleum, qui caput peccatoris oleo non impinguet. *Epist.* 112, ad *Aurelianus. episc.*
9. Frequentare palatia regum propter delicias, vel gloriam, vel cupiditatem, non competit religiosus: sed ea adire propter pias causas eis competit. 2, 2, quest. 187, art. 2.

PANIS.

SENTENTIE PATRUM.

1. Possit panem angelorum manducare hominodum angelis adequatus, si panis ipse angelorum hominibus dignaretur adequari. Lib. 3, de *Lib. arb.*, cap. 10.
2. Palato non sano, pœna est panis. Lib. 7, *Conf.*, cap. 46.
3. Panis hominem alit, accipitrem necat. *De Morb. Manich.*, cap. 8.
4. Uillus esuriens panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligat, quam esuriens panis frangitur, ut injustitia seductus acquiescat. *Epist.* 48.
5. Unus panis, sacramentum est unitatis. *Epist.* 50.
6. Per panem intelliguntur omnia ad victum pertinentia. Lib. *Locutionum de Genesi*.
7. Vigilanti administratione curanda sunt opera, ut nec ipsi monachi panem suum, quam iam communis factus est, gratis manducet. *De Opere Monachor.*, cap. 25.
8. Panis alienus invito, quamvis valentiori, auferendus non est, ut alatur infirmior. *De Mendac.*, cap. 9.
9. Difficile est nobis a carnalibus abstinere, cum panis verissimus noster spiritalis sit. *De Duabus animab.*, cap. 13.
10. Cum labore nunc edimus panem, peccato transgressionis mortales ex immortalibus facti. *Ibid.*

Tom. III.

11. Noster panis, non quilibet, sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Lib. 20, *contra Faust.*, cap. 43.
12. Creatura panis ideo restrictus est utendum ne ipsa concupiscentia, quod malum intus ac nostrum est, mentem corruptibilis corpore, ex abundantiore materia multo magis aggravante, adversus nos vehementius concitet. Lib. 3, *contra Julian.*, cap. 20.
13. Mensa sponsi tui panem habet integrum, et calicem sanctum. *De Cultura agri Dom.*, cap. 6.
14. Quod est panis, non est hoc aqua; Deus tibi totum est: si esurieris, panis tibi est; si sitieris, aqua tibi est. *Tract.* 13, super *Joan.*
15. Panem cœlestem spiritaliter manducate: securus accede, panis est, non venenum. *Ibid.*, tract. 26.
16. Veritas panis est, mentes reficit, non deficit. *Ibid.*, tract. 41.
17. Apostoli manducabant panem Dominum, Judas panem Domini contra Dominum: illi vitam, ille pœnam. *Ibid.*, tract. 59.
18. Christus lacte te nutrit, ut pane pascat. *Tract.* 3 super *Epist. Joan.*
19. Panis noster æternus Christus; panis noster quotidianus Christus in carne: æternus sine tempore, quotidianus in tempore. *Homil.* 14, ex *lib. Homil.*, cap. 1.
20. In horreis nostris habemus abundantiam, que flammam nostram, oblatione unius panis extinguit. *Ibid.*, homil. 39.
21. Norunt fideles quid accipiant, et hominum est eis accipere panem quotidianum huic temporis necessarium. *Ibid.*, homil. 42, cap. 4.
22. Panes quibus alimur in hac vita, tres sunt: purgatorius cum amaritudine, consolatorius cum dulcedine, solidus cum fortitudine. In sua *Sentent.*, verbo *Panes*.
23. Ubi curiosa ciborum diversitas, ibi divitiis supellectilis discolor varietas oculis pariter pascit et ventrem, colestis panis jejuniæ deserit mentem. *Epist.* 2, ad *Fulconem*.
24. Panis animæ justitia est: et soli beati, qui esuriunt illum, quoniam ipsi saturantur. In *Declamat.*
25. Panis est splendor vite presentis. Lib. 11, *Moral.*, super illud *Job. xv. Cum se nocerit ad quarendum panem*.
26. Panis subsidium presentis vite est. *Ibid.*, lib. 23, cap. 26, super illud *Job. xxxiii. Et laborum vestrum in saturitate*.
27. Qui indigenti etiam peccatori panem suum non quia peccator, sed quia homo est, tribuit: mirum non peccatorem, sed justum pauperem

S. BERNARD.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

nutrit : quia in illo non culpam, sed naturam diligit. In *Pastoral.* part. 8, admonit. 21.

38. Panem enim in paradiso primus homo conditus habuit, quando in incoactus mentis vestigio Conditoris sui precepta serravit. *Prose.*

39. Panis ejus fuit visionis divinae delectatio, verbi Dei satiatio, internae quietis gaudium, lucis inaccessibilis splendor, sapientiae refectio, angelorum societas, amor Dei, jubilum spiritus, contemplationis suavitas, collocutionis desiderium, securitas mentis, presentia Creatoris.

30. Quem panem tunc perdidit, cum serpentis suggestioni consensus : tangens vetitum, oblitus est preceptum. *Super septem Psalm. Panis.* in *Psalm.* iv, vers. 3 : *Comedere panem meum.*

81. Panis alimentum corporis est, verbum mentis. Lib. 4, in *1 Reg.*, cap. iv, super illud : *Ut comedas mecum.*

S. HIERON. 32. Satis dives est, qui panem non indiget. *Epist. 4, ad Rustic.*

33. Veraciter fame conficitur quisvis coelesti pane satiari non meretur. In *Orat. Hierem.*, super illud : *Pellis nostra.*

34. Nihil ita vescentis animum roborat, quomodo panis vite. Lib. 4, super *Ecch.*, cap. iv.

JOAN. CASS. 35. Quotidianam panis refectionem, quotidianam comituratur esuries. *Collat. 2, Abbat. Moysis*, cap. 23.

S. PETRUS. 36. Manducat Deus in celo panem, quem percipit pauper in terra. *Serm. 42.*

CHRYSOL. 37. Nescit lassari, mori non potest, cui panis, cui vita Deus est. *Serm. 166.*

S. THOMAS 38. Raptorem non comedunt panem suum, sed AQUINAS. alienum. *Opusc. 7, super Pater noster*, petit. 4.

PAPA.

HUGO A S. 39. *Etymologia.* Dicitur Pontifex, quasi pons factus, VICTORE. vel pontem faciens, doctrinae scilicet pontem, quo itur ad atria vite. Lib. 4 de *Sacram.*, cap. 40.

COLLECTOR. *Definitio.* Papa est Pontifex summus, caput totius Ecclesiae in terris, primus Christi vicarius legitime electus.

HUGO A S. 40. Papa dicitur, quia pater patrum : hic universalis VICTORE. dicitur, quia universa praest Ecclesiae. *Prose.*

Hic quoque apostolicus appellatur, quia principis apostolorum vice fungitur.

Hic etiam summus Pontifex nuncupatur, quia caput est omnium episcoporum. Lib. 4 de *Sacram.*, cap. 49.

S. THOMAS 41. *Comparatio.* Sicut illa quae pertinent ad cultum AQUINAS. divinum excedunt temporalia : ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. *Super Epist. ad Hebr.*, cap. v, lect. 1.

SENTENTIAE PATRUM.

4. Multis virtutibus debet splendere vita Pontificis, ut gradui confecti decorem, quem ab eo non accipit. Part. 1, tit. 15, cap. 5, § 9.

2. In summo honore, summa sit tibi humilitas : honoris laus est, humilitatis virtus. *Serm. 7 ad Fratres in creta.*

3. Quid, si summus Pontifex sis ? nam quid quia summus Pontifex, ideo summus ? infimum noris esse, si summum putas. Lib. 2 de *Consid. ad Eug. Pap.*

4. Cogitans te summum Pontificem, attendas pariter vilissimum cinerem non fuisse, sed esse. *Ibid.*

5. Plenitudo potestatis super universas orbis Ecclesias, singulari prerogativa apostolica Sedi donata est : qui igitur hie potestati resistit, Dei ordinationi resistit. *Epist. 134, ad Mediolanenses.*

6. Considero gradum, et casum vereor : considero fastigium dignitatis, et intueor faciem abissi jacents deorum : attendo celsitudinem honoris, et vicino periculum reformido. *Epist. 237, ad Eugen. Pap.*

7. Nulla splendidior gemma in omni, praecipue ornatu summi Pontificis, quam humilitas : quo enim excelsior ceteris, eo humilitate apparent illustrior et seipso. Lib. 2 de *Consid. ad Eugen. Pap.*

8. Si summus sis, non ideo summus, quia summus es : infimum noris esse, si summum putas : et summum si infimum. Nisi te ad summum velim, non putare summum, aut velle putari antequam sis. *Ibid.*

9. Monstruosa res gradus summus, et animus infimus : sedes prima, et vita infima : ingens auctoritas, et nutans stabilitas. *Ibid.*

40. Summus Pontifex est princeps episcoporum, haeres apostolorum, primatu Abel gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Patrum, unctione Christus, *Ibid.*

41. In palatio Papam, domi tae patrem familias exhibe. *Ibid.*, lib. 3.

42. Papa debet esse perfectissimus inter omnes. S. BONAV. *Serm. 22 in Hexom.*

43. Unus est pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam unus primus et summus pater spiritalis omnium patrum, immo omnium fidelium, et hierarcha praecipuus, sponsus unicus, caput indivisum, Pontifex summus, Christi vicarius, fons et origo, regula cunctorum principatum ecclesiasticorum. In *Breviloq.*, part. 6, cap. 12.

44. Si quis Ecclesiae ordines considerare velit, S. BRUNO

quomodo super laicos clericis, super clericis presbyteri, super presbyteris episcopi, super episcopis archiepiscopi, super illis patriarchas per ordinem sedeani, et Romanum Pontificem super eos sedere conspiciat. *De Laudibus Eccles.*, cap. 2, *De Arca Noe.*

15. Quid in praesenti saeculo, Pontifice summo clarius ? Lib. 1 *Recognit.*

16. Constat quod in Ecclesia nemo Pontifice potentior. Lib. 2 de *Verit. praedest.*

17. Summus Pontifex cum suo collegio remedium adhibere debet, non solum statutis prelatorum inferiorum ; sed etiam in suis, si nimis gravia videantur. *Super Acta Apostol.*, cap. xv.

18. Debet Pontifex habere maternam pietatem et patris severitatem ; ut sit fortis superbis, et suavis modestis. *Super Epist. ad Tit.*

19. Quanto apostolicae Sedi ab Ecclesiis reverentia ceteris exhibetur, tanto eam in earum decet esse tuitione sollicitam. Lib. 4 in *Registro*, indict. 9, cap. 71, epist. 71, ad *Petr. Subdiacon.*

20. Non magni ducere debemus, si plebem excellimus (sed pro detrimento habere, si dignitati nostrae non responderimus. In *Apologetico de sua fuga.*

S. HIERON. 21. Ecclesiae salus in summi Sacerdotis dignitate pendet. *Epist. 12, advers. Luciferianos.*

22. Tanta debet esse scientia et eruditio Pontificis Dei, ut et egressus ejus, et motus, et universa, vocalia sint : veritatem mente concipiat, et toto eam habitu resonet et ornatu, ut quidquid agit, quidquid loquitur, sit doctrina populorum. *Epist. 6, ad Fabiolam, de Vestitu sacerdotum.*

HUGO A S. 23. Sedes apostolica cunctis in orbe terrarum VICTORE. praefertur Ecclesiis, atque supra se metropolitana habere non potest. Lib. 2 de *Sacram.*, part. 3, cap. 15.

24. Officium Papae est missas et divina officia ordinare, canones etiam pro tempore ad utilitatem Ecclesiae promulgare et immutare : augustinus consecrare, pallia archiepiscopis, privilegia Ecclesiae dare, totam Ecclesiam vice Christi gubernare. *Prose.*

25. Itaque Papa vicem et locum Christi tenet, episcopi apostolorum, presbyteri septuaginta duorum discipulorum, reliqui ministri diaconorum ab apostolis constitutorum. Lib. 4, de *Sacram.*

HUGO CARO. 26. In periculum animae tuae sit, si facis aliquem cardinalem, qui non sit dignus fieri Papa. *Super Prov.*, cap. xiii.

27. Dominus Papa nuncupat se servum servorum, quia quanto humilior est, tanto major est in conspectu Domini. *Super Luc.*, cap. ix.

28. Quanto Papa facit decretum contrarium alicui decreto quod prius fecit, non facit contra se

sed magis pro se : quia in hoc ostendit suam dignitatem, quia potest mutare cursum consuecudinibus. *Super Epist. ad Rom.*, cap. x.

29. Papa est vicarius Iesu Christi, successor Petri, Christus Domini, Deus Pharaonis, inter Deum et hominem medius constitutus, contra Deum sed ultra hominem, minor Deo sed major homine, qui de omnibus judicat, et a nemine judicatur. *Serm. 2 in Consecrat. Pontifice.*

30. Si Papa haereticus est, in hoc minor est quolibet catholico. Cap. 4, part. 3, de *Eccles. auctoritate.*

31. Papa, qui nec impeccabilis est, neque confirmatus in gratia, subtilis est legibus divinis et naturalibus, et in quibusdam ad leges humanas obligatur. *De Vita spirit. anime*, lect. 3.

32. Non omnia Deo placent, quae per summum Pontificem in terra geruntur. *Prose.*

33. Summum quidem Pontificem, ut vicarium Christi verum amplexor, colo, venero, cuius facta nequaquam reprehendo : sed hominem esse scio, qui ut homo, et falli potest et fallere. *De Ravina monast. ordin.*, cap. 4.

LUDOVICUS 34. Sicut Regibus subesse oportet, etiam si BURGUNDIUS. mali sint : ita summo Pontifici, qui sedem Petri apostoli tenet, et supremum Christi vicarius est in terris. *Epist. ad Florentium.*

35. Illius servituti addictus est, cui servire, regnare est, so servum servorum reputans, qui tenet Ecclesiam principatum. *Tract. de Inst. episc.*

36. Qualitates Papae : studeas moribus implere pontificatum, et ut sancto Sanctorum devotae servituti impendas officium, induas sanctitatem ; sis compositus ad mores, fervidus in dilectione, mansuetus in societate ; sis stabilis in promisso, fortis ad patientiam, promus ad concordiam, rigidus ad censuram ; sis in iudicis rebus, in loquendo modestus, in jubendo discretus, in dispensatione industrius ; sis in agendo strenuus, in auxiliando sollicitus, in consiliis fidus, in responsionibus circumspectus ; exhibe te majoribus devotum, minoribus blandum, equalibus mansuetum ; exhibe te rigidum superbis, benignum humilibus, misericordem pontificentibus, inflexibilem obstinatibus ; exhibe te Joannem incestuosum, Jehu et Malathiam apostatis, fornicantibus Phineem, Heliam idololatrias, mentientibus Petrum, blasphemantibus Paulum, negotiantibus Christum. *Epist. 15, ad Episc. Carnotens.*

37. Est Christi vicarius, homo columbinus, veritatis filius, Ecclesiae prolatus. *Ibid.*, serm. 78.

38. Animabus prelatus es, non corporibus ; nihil prelato commune est cum Pilato. *Prose.*

39. Christi vicarius es, et vicarius Petri : nec te respondere oportet Caesari de commissa tibi jurisdictione, sed Christo. *Ibid.*, de Inst. episc.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. NAZ.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

S. BONAV.

HUGO CARO.

S. BRUNO

S. INNOC. III.

JOAN. GERS.

JOAN. TRITH.

LUDOVICUS BURGUNDIUS.

PETRUS BLESSENS.

8. PETRUS DAMIANUS. 40. Apostolica Sedes est caput omnium Ecclesiarum. Lib. 1, epist. 20, ad *Cadaloum antisp.*
8. THOMAS AQUINAS. 41. Sicut illa quae pertinent ad Dei cultum, excedunt temporalia; ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. v, lect. 1.

PARADISUS.

8. ISID. HISP. *Etymologia.* Paradisi vocabulum ex Graeco in Latinum vertitur hortus: porro Hebraice Eden dicitur, quod in nostra lingua deliciae interpretatur. Lib. 14 *Etymol.*, cap. 3.
8. AUGUST. *Definitio.* Generale paradisi nomen est, ubi felicitur vivitur. Epist. 57.
8. BONAV. Quid est aliud paradisus, quam hians risus? Sermon. 5, de *Uno martyre.*
- CASSIODOR. Paradisus est amenissimus locus, et felicissimae jucunditatis aeterna securitas. Super *Psal.* cxxxviii, vers. 10.
- HUGO CARD. Paradisus est locus amenitatis, imo amenissimus locus, ad Dei inhabitationem proprie deputatus. Super *Prov.*, cap. xv.
8. JOHANNES DAMASC. Paradisus est voluptatis omnis, ac jucunditatis animi promptuarium, suavissimo odore ac lumine plenum. Lib. 2, de *Fide orthodox.*, cap. 11. Paradisus est divina plane regio, dignumque eo, qui ad Dei imaginem conditus est domicilium. *Ibid.*

SENTENTIAE PATRUM

8. AMBROS. 1. Quomodo voluptas ad paradisum revocare nos potest, quae sola nos paradiso exiit? Lib. 10, epist. 2, ad *Verceles.* *Ecclesiam.*
2. Extra paradisum vir factus est, et mulier intra paradisum: ut advertas quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat. De *Paradiso*, cap. 4.
8. ANTONIN. 3. In paradiso nulla infirmitas vel corruptio, nulla tentatio, nulla diversitas, opinionum vel voluntatum. Part. 4, tit. 6, de *Charitate*, cap. 8.
4. Ecclesia in sanctis temperanter et juste et pie viventibus, paradisus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum, castisque deliciis. Lib. 42 de *Genesi ad lit.*, cap. 35.
5. Laetitia bonae conscientiae paradisus est. *Ibid.*
6. Mens paradisus est, in qua cum coelestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. De *Spiritu et anima*, cap. 37.
7. Tres generales sunt de paradiso sententiae: una eorum, qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volunt: alia eorum, qui spiritualiter tantum: tertia eorum, qui utroque modo paradisum accipiunt, quam mihi fateor placere sententiam. Lib. 8 de *Genesi ad lit.*, cap. 1.
8. Credendum est quoniam locus paradisi a co-

PARADISUS.

- gnitione hominum est remotissimus. *Ibid.*, cap. 7.
9. Tria sunt, quibus non sunt meliora: anima sancti in bonis operibus perseverans, quo speciosior est sole: sancti angeli qui eam suscipiunt: et paradisus in quem ducitur. De *Salutar. docum.*, cap. 40.
10. Superbia Adam de paradiso expulit, sed humilitas latronem in paradisum introduxit. Sermon. 12 ad *Frates in cremo.*
11. Patria nostra paradisus est, pauperes nostri sunt patriarchae, et prophetae, et apostoli, et martyres: cives sunt angeli, rex autem noster Christus est. *Ibid.*, serm. 50.
12. Homo in paradiso ad se occidendum idoneus erat. In *Enchirid.*, cap. 106.
13. In paradiso nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem, animumque hominis feliciter viventes offenderet. Lib. 14 de *Civitate Dei*, cap. 10.
14. Superbus angelus per eandem superbiam, a Deo ad semetipsum conversus, de spiritali paradiso cecidit. *Ibid.*, cap. 11.
15. Vivebat homo secundum Deum in paradiso et corporali et spiritali: neque enim erat tantum paradisus corporalis propter corporis bona, et propter bona mentis non erat spiritalis. *Ibid.*
16. Bene vivere sine adjutorio Dei, etiam in paradiso, non erat in potestate. *Ibid.*, cap. 27.
17. Filiorum in paradiso procreatione sine uxorum commixione facta non fuisset. Lib. 1 ad *Bonifac.*, cap. 5.
18. Ubicumque sit paradisus, quisquis beatorum ibi est, cum illo ibi est, qui ubique est. Epist. 57.
19. Non ejecit Deus hominem de paradiso, ut hic faciat alium paradisum. Apud *D. Antonin.*, part. 4, tit. 4, cap. 2, § 4.
20. Paradisum habemus multo meliorem, et longe delectabiliorem, quam primi parentes habuerunt; et paradisus noster Christus Dominus est. Sermon. 4 *Nativit.*
21. Paradisorum tria genera sunt: voluptuosa dulcedo visibilium, sincera puritas spiritualium, deliciosa veritas supercoelestium. In suis *Sententiis*, verbo *Paradisorum.*
22. Tuta habitatio paradisus, dulce pabulum verborum, opulenta multa nimis aeternitas: nihil ibi formidatur, nihil fastiditur, nihil deficit. Sermon. 33 super *Cant.*
23. Paradisus supercoelestis, regio beata et gloriosa, plena voluptatis et gratiae, suavitatis et laetitiae, benignitatis et gloriae. *Prose.*
24. Ibi requies a labore, jucunditas de novitate, de aeternitate securitas; illic omnes vivunt, nullus moritur. Sermon. de *S. Nicolao.*

S. BERNARD.

PARADISUS.

PARENTES.

8. BONAV. 25. Tres sunt Paradisi: primus terrestris, ubi Adam fuit; secundus fidelium, scilicet Ecclesia militans, tertius coelestis, scilicet Ecclesia triumphantis. Super *Psal.* 1.
26. Nulli coelestis paradisi janua clauditur, si vexillum crucis ab eo feratur. *Prose.*
27. Dicitur in quadam historia, quod latro qui fuerat cum Domino crucifixus, vadens ad Paradisum deliciarum, super se tulit crucis signum, quod dum vidit angelus custodiens paradisum, salum eum intrare permisit. Sermon. *Exalt. S. Crucis.*
28. Paradisus coelestis est habitatio Dei, locus gaudii, locus lucis, locus ordinati amoris. Tit. 5 *Dieter.*, cap. 1.
29. Labore et dolore, cum gemitu et fletu acquiritur regnum Dei; deliciis autem et honoribus perditur paradus. In *Alphab. relig.*, lect. 11.
- GLOSS. ORD. 30. Omnes operet per ignem probari, quicumque ad paradisum redire desiderant. Super *Ecclastic.*, cap. iii.
8. GREGOR. MAGNUS. 31. Quid paradisus jucundus? quid caelo securius? et tamen homo ex paradiso peccando, et angelus cecidit et caelo. Lib. 1 in *Registro*, indic. 15, cap. 469, epist. 5, ad *Cyriacum episc. Constantinop.*
32. Regio nostra paradisus est, ad quam Jesu cognito, redire per viam quam venimus, prohibemur. *Prose.*
33. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sectando, cibum vetitum gustando, discessimus: sed ad eam necesse est ut flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refranando redeamus.
34. Quoniam qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad haec per lamenta revocamur. Homil. 10 super *Evangel.*
8. HIERON. 35. Quos saturitas de paradiso expulit, reducat esuries. Epist. 22, ad *Eustoch.*
- HUGO CARD. 36. Christii imitatores quanto descendunt ad villa et aspera; tanto ascendunt ad gloriam et delicias paradisi. Super *Gen.*, cap. xxviii.
37. Pessima negotiatio est, ubi pro modica delectatione transitoria, datur tota gloria paradisi, et emittit tunc poena inferni. *Ibid.*, cap. 42.
38. Paradisi via est in tribulationibus. Super *Psal.* cxxv.
- JOAN. TRITH. 39. Si paradisus est in terra, aut in monasterio, aut in cremo est. Lib. 1 de *Regim. claustr.*
40. Si uspiam est paradisus terrestris, in monasterio est. Lib. 1, homil. 6, ad *Monachos.*
41. Paradisus supercoelestis, regio beata et gloriosa, plena voluptatis et gloriae, suavitatis et laetitiae, gratiae et benignitatis. *Prose.*
8. PETRUS 42. Ibi requies est a labore, jucunditas de no-

vitale, de aeternitate securitas. Sermon. 59, de *S. DAMIANUS. Nicolao.*

43. Peramplius atque perfectius erit multo quod recuperabimus in caelo, quam perdidimus in paradiso: in paradiso erat posse peccare, et posse non peccare; in caelo erit omnino peccare non posse: in paradiso erat posse mori, et posse non mori; in caelo erit nunquam posse mori: in paradiso erat posse impugnari, et posse non impugnari; in caelo erit, nec posse impugnari. Part. 1, *Quomodo Christus ponitur in signum populo-*

rum.

44. Plus sciet ille qui minus sciet in paradiso, quam omnes magistri qui sunt in mundo. Lib. de *Conscient.*

45. Paradisus voluptatis est, paradisus deliciarum est: alterius coeli, alterius temperiei, non viciibus faciens aestatis et hyemis, aut veris et autumnis; sed perpetuae voluptatis, et permanentium deliciarum paradisus est, semper floridus, semper lucidus, sempiterna suavitate, visu delectabilis ac gustu. Lib. 1 super *Genes.*, cap. xli.

46. Ille secum magnas opes ad paradisum portat, qui onustum vitis pectus studio religionis exonerat. Homil. 6, de *Otiis. verb.*

47. Civitas mirabilis est paradisus, in qua nullus est defectus, nec miseria, nullus infirmatur, nec senescit, nec moritur. Sermon. 12, *Dom. 4 Advent.*

PARENTES.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Quam dulce pignus, quod a periculo incipit, et in periculis desinit: prius dolori futurum, quam voluptati; periculis emittit, nec pro arbitrio possidetur. Habet mater haeredes, sed auget dolores. Lib. 1 de *Virginibus.*
2. Pater non habet filium, qui nescit unde sit. Lib. 1 de *Fide ad Gratianum*, cap. 9.
3. Non possum salvo pietatis jure odisse patrem, cui deo quod creatus sum: nec matrem longo decem mensium fastidio pro factis onera portantem, cui in absolute poena periculi, in dilatione plus tædi est. Super *Psal.* cxviii, serm. 15, vers. 1.
4. Tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui misera in ipsis votorum fructibus majus periculum est: et cui cum edidit quod optavit, parvi absolvitur, non timore. Lib. 2 super *Luc.*, cap. 2.
5. Magnus est amor inter parentes, et tanto major quanto strictior est parentela. Part. 1, tit. 6, cap. 2, § 2.
6. Quadruplex honor parentibus exhibendus

RICH. A. S. VICTORE.

ROBERTUS A. SORBONA.

RUPERTUS ABBAS.

S. VALER. EPISC.

S. VINCENTI. FERRARIUS.

S. AMBROS.

S. ANTON.

74. Si a parentibus contemptus es, a Deo electus es: parentum in filiis amor morte finitur, Dei amor crescit in omni tempore. Super *Psalm.* xxvi, vers. 16.

75. Ordinate in mecharitate; hic ordo in omni affectu necessarius est; ama post Deum patrem, ama matrem, ama filios. *Prosec.*

76. Si autem necessitas venerit, ut amor parentum ac filiorum, Dei amor comparatur, et non possit utrumque servari, odium in suos, pietas in Deum est. Lib. 3 super *Matth.*, cap. x, can. 5, num. 96, super illud: *Qui amat patrem.*

77. Multos enim fuisse credendum, qui et parentibus obsequentes, cito mortui sint, et in parentibus impij, usque ad extremam venerint senectutem. Lib. 3 super *Epist. ad Ephes.*, cap. vi, super illud: *Honora patrem tuam.*

78. Bonorum filiorum est, in omnibus bonos imitari parentes. Super *I ad Cor.*, cap. xv, in illud: *Imitatores mei estote.*

79. Si quis parentes pauperes abjicit, deterior est infideli. Super *I ad Tim.*, cap. v, in illud: *Si quis suorum curam non habet.*

80. Juxta Deum, et patrem et matrem, et conjugem et filios, et fratres odisse, devotum est. Super *Psalm.* cxxviii.

81. Mater est in pariendo anxia, in educando sollicita, in custodiendo diligens, in amore fervens. Lib. 4, *de Propriet. rerum*, cap. 11.

82. Pater generat, revocat, nutrit, diligit, ditat, hereditatem dat, erigit, corripit, sustinet. *Ibid.*, cap. 11.

83. Multi filios et filias suas, quos debent erudire ad bonum, erudiunt ad peccandum. Super *Psalm.* lvi.

84. Filius castitatis amator, virtutum varietate distinctus, ad bona agilis, visu fidei perspicax, sit tibi gratissimus. *Prosec.*

85. Gratus, quia filius; gratior si castus; gratissimus si fidelis. Super *Prov.*, cap. v.

86. Parentes deseruisse corporaliter nihil proderit, si corde eos incipiat intueri, ac memoriam quam seculo huic renuntians, quisque velut mortuus abdicavit, reviviscens eandem rursus admiserit. Lib. 5, *Cenob. inst.*, cap. 32.

87. Parentum pernicioso blandimenta deviantia sunt. Collat. 24, *Abb. Abrah.*, cap. 12.

88. Non solum parentum debet esse pietas, sed et magna erga pueros diligentia. Homil. 21, super *Gen.*

89. Hoc unum curandum est, ut si parentes habeas virtute claros, imiteris eorum virtutem: si e diverso accidit, ut ex improbis sis parentibus, non putandum tibi aliquid accedere nocuenti. *Ibid.*, homil. 43.

90. Vere hæc materna dilectio est, quando pro puero suo parata est omnia ferre. *Ibid.*, homil. 53.

91. Non accusandi sunt ob parentum malitiam filij pio viventes, sed ut admirabiles habendi, eo quod, cum pietatem a parentibus non acceperunt, nec habuerunt qui manu ducerent, quasi in eremo et invio euntes, viam que in cœlum fert, invenire potuerint. *Prosec.*

92. Nullum crimen est habere patrem impium, sed imitari patris impietatem.

93. Crimen maximum est, non quod quis habeat improbos parentes, sed quod illorum non agit curam, et non adfert omnia, ut ab impietate sua eos eruat. Homil. *de Habenda cura salutis proximi.*

94. In omnibus obtemperandum est parentibus, præterquam in his que offendent pietati. Homil. 36, super *Matth. Oper. imperf.*

95. Cum sanctum sit honorem parentibus afferre: si plusquam oporteat querunt veritati reluctantes, resistendum est. *Ibid.*

96. Qui parvis in rebus magnanimos, et ornamentorum contemptores filios reddidit, iis etiam in magnis probatores inveniet. *Ibid.*, homil. 50.

97. Qui liberis parit, is eos perdit: qui autem castigat, et non parit, is salutem eis præbet. *Ibid.*, homil. 56.

98. Melius est ut in te gloriantur parentes, quam tu glorieris in parentibus. Homil. 3, super *Matth. Oper. imperf.*

99. Sicut post Deum diligere parentes, pietas est: sic plus quam Deum diligere, impietas est. Homil. 26, super *Matth. Oper. imperf.*

100. Carnalibus patribus præbete carnis obsequium, spiritualibus autem patribus anime sanctitatem. *Ibid.*

101. Charitas de parentibus ascendit in filios, de filiis autem non revertitur ad parentes: parentes quidem filios diligunt, sed non sic diliguntur a filiis. *Ibid.*, homil. 32.

102. O monache, habes duos patres, spirituales et carnales: utrumque amare non potes: si spiritualis amator, carnalis contemnitur: si carnalis sequitur, spiritualis relinquitur. Homil. 17, ex diversis, in *Matth.*

103. Tibi parentes nihil divina impediunt mysteria, nihilque offendant, sequum et necessarium est filio parere. Homil. 20, super *Joan.*

104. Si iis qui juxta naturam parentes sunt, tanta debetur benevolentia, multo magis est præstandum est iis qui juxta spiritum sunt parentes. In *Orat. de B. Philogonio.*

105. Patrem non facit generatio, sed recta morum institutio. Lib. 1, *advers. Vituperat. vite monast.*

106. Cognatio recidivis obtutibus renovatur. Homil. *de Lazaro resuscitato.*

107. Utilius est parentes merore afficere, quam Deum. Grad. 1.

108. Parentibus obtemperare, pium est ac Deo gratum. Lib. 3 *Parall.*, cap. 36.

109. Qui mundo renuntiant, et curas proprias asperrantur, dum propinquorum curas procurant, a Dei amore se separant. *Prosec.*

110. Vir spiritualis ita processu debet sum propinquitati, ut dum illis gratiam carnis præstare studet, ipse a spirituali proposito nequaquam declinet.

111. Multi enim amore parentum, non solum terrens curis, sed etiam forensibus jurgiis involuntur, et pro suorum temporali salute suas animas perdidierunt. Lib. 3, *de Sum. bono*, cap. 21, sent. 3.

112. Interdum ordinata discretio est, dum negatur proximo quod præstatur extraneo: noteris non prohiberi pietatis officium, sed negari carnalitatæ affectum. *Prosec.*

113. Parentibus enim carnaliter præstatur quod extraneo pio intenditur.

114. Non parentes odio a nobis habendi sunt, sed eorum impedimenta, que nos ab itinere recto præpediunt. *Ibid.*, sent. 5 et 6.

115. Mater dicitur, quod exinde efficitur aliquid: mater enim est quasi materia, nam pater causa est. Lib. 9 *Etymol.*, cap. 5.

116. Pater dicitur, eo quod patratiōe pe-racta filium procreat: patratiō enim est rei veneræ consummatio. *Ibid.*

117. Adversus impios parentes nullum vinculum est nature. Lib. 3, *de Divin. inst.*, cap. 17.

118. Quandiū in mundo sumus, debitores nos esse constat parentum. *De Ligno vite*, tract. 6, *de Obediētia*, cap. 3.

119. Ne matrem offendas dum vis bonus esse parenti. *Advers. præsumpt. Michael. et Leonis episc.*, cap. 6.

120. Necessitudines nostre, quanto chariores nobis sunt, tanto magis nos discruciant et fatigant. *Epist. ad Quemdam militem.*

121. Non differat, non evacuet propositum tuæ conversionis proditoria ac seductrix affectio parente: noli eos diligere contra Christum, quos teneris odio habere pro Christo. *Epist. 14, ad Quemdam clericum.*

122. Si erga patrem tuum humilitatem et dilectionem in veritate non exhibes: quanto celebrior est laus tua, tanto in majus et communius opprobrium convertetur. *Ibid.*, *epist. 47, ad Henricum regem anglor.*

123. Utinam scires quam dulce, quam jucun-

dum sit habere, et habitos venerari parentes. *Prosec.*

124. Hæc suavissima iugunditas, et frequenter dum parentes vivunt, ignoratur: et ex sola parentum amissione cognoscitur. *Ibid.*

125. Fallax et proditoria est affectio parentele. *Ibid.*, *epist. 134 ad Willelm. electum.*

126. Revera filium se nescit, visceribus caret, s. PETRUS. naturam negat, ingratus est patri, qui autorem vite sue non obsequis placat, non devinctu cultu, muneribus non honorat. Serm. 40. CHRYSOLOG

127. Quidquid filiis parentes impenderint, repensabit parentibus parens omnium Deus. Serm. 33.

128. Si pater est, non potest non amare: si amat, nisi quod bonum est dare nescit. *Prosec.*

129. Negat patrem, qui de patris susceptus est largitate: ignorat se filium, quem data pater-na sollicitat.

130. Totum quod est pietatis excludit, qui salutare non credit quidquid dederit pater. Serm. 55.

131. Certe dignum est ut dilecto spiritali: amorem superet carnis. Lib. 5, *epist. 5, ad Almeric. archid.* S. PETRUS DAMIANUS.

132. Qui suis genitoribus non obedit, sortis fuciculum in terra viventium non admittit. Lib. 8 *epist. 3 ad Albert.*

133. Divine legis mandata proculdubio despici, qui deferre parentibus parvipendit. *Ibid.*

134. Sicut genitoribus maledicens, dignus est mortis ultione percelli: ita qui reverenter obtemperat, meretur divinitus benedici. *Ibid.*

135. Perpende quantæ crudelitatis sit illos despiciendo contemnere, per quos habes et ipsum esse. *Ibid.*

136. Qui parentes inhonorat, in hac vita confunditur, et divinitus abdicatur. *Ibid.*

137. Quanti monachorum, dum parentibus suis plus justo consulunt, suas animas perdidierunt? Serm. 5, *de S. Bened.*

138. Juxta conversationem parentum, sæpe proveniunt merita filiorum: ut et honestis progenitoribus proles honesta respondeat, et reproba reprobis in pravitate concurret. Serm. 28, *de S. Alexio.*

139. Nihil tam caninum est, quam ignorare parentes: et illis qui nos genuerunt, reverentiam non deferre. *Opusc. 44, cap. 6.*

140. Parentes infideles nescire, præceptum est: fideles autem propter perfectionis amorem nescire, consilium est: scire vero interdum, permiscum est. Lib. 5 *de Spiritu sancto*, cap. 21. RUPERTUS ABRAS.

141. Nullus melior filiorum amor, quam quem Deus docuit, qui ipsos filios dedit: neque possunt pignora melius amari, quam si in eo ipso a quo data sunt, amantur. Lib. 1 *ad Eccles. cathol.* SALVIANUS

142. Nullo parentum pietas minus respicit, quam quos precipue religio commendat. *Prose.*
143. Si quis a parentibus filii offeruntur Deo, omnibus aliis filiis postponuntur oblato: indigni iudicantur hereditate, qui digni fuerint consecratione: et una tantum re parentibus viles fiunt, quia ceperint Deo esse pretiosius. *Ibid.*, lib. 3.
144. Nulli parentibus magis noxii, quam filii nimis amati. *Ibid.*
- S. THEODOR. 145. Non natura, sed virtutis quasit Deus cognationem. Lib. 4 super *Epist. ad Rom.*, cap. 9.
- THEOPHI- 146. Postquam quis se tradiderit Deo, non debet domo ad vitæ hujus curas converti: oportet sano et parentes venerari, sed magis oportet venerari Deum. Super *Math.*, cap. 8 in illud: *Sine mortuos sepelire.*
- S. THOMAS AQUINAS. 147. Si non recognoscens beneficium vitæ naturalis, quam habes a parentibus, indignus es vitæ gratiæ, quæ major est, et per consequens vitæ gloriæ, quæ maxima est. Opus: 9 de *Decem præcep.*, præcept. 4, verbo *Honora.*
- IN VII. 148. Nemo unquam, qui parentibus inobediens fuit, saluus factus est. Lib. 1 in *Vita S. Basilii*, cap. 8.
149. Vera cognatio non ex sanguine et carne, sed ex virtute mentis cognoscitur. Lib. 1 in *Vita S. Joan. Eleemosynar.*, cap. 15.
150. Pater non est, qui filii felicitate dolere atque angere videtur, sed potius hostis vocandus est. Lib. 1 in *Vita SS. Barlaam et Josephat*, cap. 24.
151. Detestabilis certe filius, quem pater pius puni, quem pater damnat invidus. *Serm. 3 de Isaiâ.*
- S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 152. Cum liberi ea parentibus tribuant, quæ tribuenda sunt genitori, parentes filii, quæ natæ tribui debent. Lib. 8 *Ethic. ad Nicom.*, cap. 7.
153. Parentes diligunt natos, ut aliquid sui: natæ vero parentes, ut aliquid ex illis: atque magis sciunt parentes eos, qui sunt ex ipsis, quam natæ se esse ex illis. *Ibid.*, cap. 12.
154. Unusquisque honorem parentibus reddat, oportet: nemo enim unquam dignum reddere potest. *Ibid.*, cap. 14.
155. Oportet omnia patri tribuere, in omnibusque obtemperare. *Ibid.*, lib. 9, cap. 2.
156. Videtur parentibus maxime alimentis filios, ut debentes opitulari oportere: et honestus esse, is qui causa sunt essendi, quam sibiipsis subvenire. *Ibid.*
157. Non omnem parentibus honorem, ut diis tribuere oportet, neque eundem patri matrique: sed patri paternum, et similiter matri maternum. *Ibid.*
158. Matres filios magis amant, quam patres:

- generatio nempe laboriosa est magis, et magis sciunt esse suos. *Ibid.*, cap. 7.
159. Matres effusius quam patres, liberos suos amant: quia magis suum opus esse eos arbitrantur: magis utique generando mater affligitur. Lib. 7 *Ethic. ad Euzoimium.*
160. Dilige non agra charos pietate parentes: Nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti. Lib. 2 *Distichor.*, metr. 3.
161. Ames parentem, si æquus est: si aliter, feras. In suis *Sent.*, sent. 8.
162. Quæ feceris parentibus, eadem a liberis expecta. In *Dictis sapient. ex Græcis*, dict. 7.
163. Parentum gloria, præclarus est liberis magnificentisque thesaurus. *Strizgia 4 in Dialogo Menexeni.*
164. Si quis non fatiosus patrem vel matrem, avum avianve pulsare aut ferire audebit, verberibus impletur, et perpetuo exilio extra imperii fines deportetur; et sacris arceatur. *Strizgia 4, lib. 6 de Legibus.*
165. Parentes negligere neque Deus neque homo sana mentis compos, cuiquam unquam erit amator. *Ibid.*, lib. 10.
166. Parentis adversus liberos imprecatione, et quidem justissima de causa, nihil perniciosius excogitari potest. *Ibid.*
167. Patres et avos senio confectos, et matres eandem plane ratione, ubi quis colit, Deus gaudet, nihilque apud eum est pretiosius. *Ibid.*
168. Si quis minus quam decet parentes colat, neque magis eos quam filios, nepotesque, et seipsum etiam diligit, ut omnibus obsequiorum officiorumque generibus illis obtuleret, liberumque voluntatibus, et mandatis obsecundet, penis afficiatur secundum legem constituitur. *Ibid.*
169. Ubi liberi pudicitiam continentur, quam sub oculis parentum? Lib. 4, cap. 14, ad *Cornelium Tærit.*
170. Parentes suos non amare, impietas est: non agnoscere, insania. Lib. 3 de *Benefic.*, cap. 1.
171. Nulla vi verborum, nulla ingenii facultate extirpi potest, quantum opus sit, quam laudabile, hoc posse dicere: Parentibus meis parvi, cessi, imperio eorum obsequentem submissumque me præbui. *Prose.*
172. Felices, qui parentes vicierint beneficio, felices qui vincuntur.
173. Quid eo adolescente præclarus, qui sibi ipsi dicere potest: Patrem meum beneficis vici? *Ibid.*, cap. ultimo.
174. Priestablis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus equitatem. *De Moribus.*
175. Exerucient te liberi male viventes magis quam morientes. *Sent.* 148.

- THEALES 176. Qualem gratiam refuleris parentibus tuis, talem et expecta a liberis tuis. In suis *Sent.* sent. 6. Vide etiam tit. *Monialis*, sent. 67, 68; *Obediencia*, sent. 52; *Officium divini*, sent. 94; *Prælati*, sent. 134, 135, 154, 159; *Propositum*, sent. 10; *Religiosis*, sent. 29; *Reinquere*, sent. 70, 71, 72.
- PHILOSOPH. CATO PÆR. MIMUS PÆR. PITAGORÆ PHILOSOPH. PLATO. S. AUGUST. 1. Maxima res cum a parvis queruntur, magnos eos solent efficere. Lib. 1 *contra Academ.*, cap. 2.
2. Ego dedignabar esse parvulus, et turgidus fastu mihi videbar. Lib. 3 *Confess.*, cap. 5.
3. Parvulus sum, sed vivit semper pater meus. *Ibid.*, lib. 10, cap. 4.
4. Deus non est parvus in parvis. *Epist.* 3.
5. Prodest parvulis fides parentum, ut baptizentur: non obest autem postea peridia ut damentur. *Epist.* 23.
6. Quoslibet parvulus demoniorum sacrilegiis obligare conantes; spiritaliter sunt homicidæ. *Ibid.*
7. Parvulus Deus discernit, quos merita nulla discernunt. *Epist.* 406.
8. Cum parvuli sanus, majorum cibos non appetamus. *De Agone christi*, cap. 33.
9. Deus ille est artifex magnus in magnis, ut minor non sit in parvis, quæ parva artificis sapientia mediocria sunt. Lib. 11 de *Civitate Dei*, cap. 22.
10. Nolo despicias parvulum, non te grandis forma juvabit. *De Quinque hæresibus*, cap. 6.
11. Anima in puero parvulo appetit quidquid mulcet, fugit quidquid offendit. *Tract.* 15 super *Joan.*
12. Loquitur parvulus parvus, sed ipse ille parvus, ut et magnus: nos autem parvi, sed in illo magni. *Ibid.*, tract. 24.
13. Fiduciam dat nobis, qui magnus propter nos factus est parvus: nisi enim quod in nobis abjectum et minimum est voluisset communicare; putarem eum nonnisi nobis dare magnum suum, qui suscepit parvum nostrum. *Ibid.*, tract. 22.
14. Nec sic parvuli sunt lactandi, ut semper non intelligant Deum Christum: nec sic ablacandi, ut deserant hominem Christum. *Ibid.*, tract. 98.
15. In eo quod parvus apparet, magnus latet. *Orat. adversus Iudæos*, cap. 4.
16. Parvulus in quo adhuc rationis nullus est usus, voluntate quidem propria nec in bono est, nec in malo: quia nulla in alterutro cogitatione versatur. Lib. 2 *contra Julian.*, cap. 4.
17. In parvulorum redemptione, laudari Dei misericordia potest: in quorum perditione, accusari Dei veritas non potest. *Ibid.*, lib. 3, cap. 12.
- SIXTUS PALLASORUM.

18. Parvuli opus diaboli substantialiter non sunt, sed opere diaboli originaliter rei sunt: et idcirco Christum etiam pro parvulis mortuus est. *Ibid.*, cap. 25.
19. Parvulli eo volente regenerantur, quo create generantur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 8.
20. Parvuli credunt in Christum per corda et ora gestantur. *Ibid.*, lib. 6, cap. 3.
21. Træjecerunt parentes in parvulo, quod jam non erat in eis. *Ibid.*, cap. 14.
22. Venit parvus ad parvos. *Homil.* 32 *ex liti Hom.*, cap. 3.

PARVULUS, PARVUS.

- SENTENTIAE PATRUM. S. BERNARD. S. CYPRIAN. S. GREGOR. MAGNUS. S. IERON. S. PÆTRUS DILEXSENSIS. S. ANSELM. S. AUGUST.
23. Plus minimus quam minor vocari contunderet: minor quippe vilitas est minorem videri quam minimum. *Epist.* 42 ad *Henricum Senonensem archiepiscopum.*
24. Ad parvulos venit Christus, et cum parvulis S. CYPRIAN. conversatur. *De Nativitate Christi.*
25. Magnus est, qui æterna concupiscit: parvulus, qui terrena diligit. Lib. 5 *Moral.*, cap. 32.
26. Qui magni sunt meritis, parvi sint per humilitatem. Lib. 4 in *1 Regum*, cap. illud: *iv Cum salvasset Samuel Saul.*
27. Salus infantium, majorum lucrum est. S. IERON. *Epist.* 7, ad *Latam.*
28. Optat mater parvulum filium crescere, optat cito videre majorem, nunquam sibi forsitan servitutum. *Epist.* 12, de *Honorandis parentibus.*
29. Ehorruerit peccat, sequæ vitæ aliene reum constituit, qui pueros in etate tenera nimia familiaritate et subvitiæ verbis emollit. *Epist.* 51 ad *Johannem episcopum Sarsberienis.*

PASSIO IN GENERE.

- DEFINITIO. Passio est appetitus sensibili motio immediate efficiens extradivinarium corporis transmutationem. COLLECTOR.
- PASSIO est receptio qualitatis disconvenientis, cum abiectione convenientis.
- DIVISIO. Passio dividitur in animalem et corporalem.
- PASSIO animalis est receptio qualitatis disconvenientis immediate in animam.
- PASSIO corporalis est receptio qualitatis disconvenientis immediate in corpus.
- SENTENTIAE PATRUM. S. ANSELM. S. AUGUST.
1. Si Michael diceret Petro: Tu Dominum negasti, posset Petrus respondere: Verum quidem est quod dicis, sed tu pro Domino nunquam vel ullum colaphum sustinisti. *De Similitudinibus*, cap. 78.
2. Multi prius se putant infirmos, qui in ipso articulo passionis apparent fortissimi, dum omnia viriliter patiendū superant. Super *Epist.* ad *Romanos*, cap. v.
3. Nemo quod lolerat, amat, etsi tolerare amat: S. AUGUST.

quamvis enim gaudeat se tolerare, mavult tamen non esse quod toleret. Lib. 10 *Conf.*, cap. 28.

4. Servi Dei humiles et sancti dupliciter mala temporalia patiuntur, quia et ab ipsis impiis, et cum ipsis patiuntur: habent tamen consolationes suas, et spem futuri saeculi. Epist. 122, ad Victorianum.

5. Mala temporalia sicut Job sustinet, sed pro hac sustinentia non temporalia bona sperate, quae illi aucta redierunt, sed aeterna potius, quae in Domino processerunt. Epist. 120, ad Honorat., cap. 10.

6. Cruciatu corporis malas animas miserabiliter affligit, bonas autem fortiter purgat. De Agone christiano, cap. 7.

7. Vis desideriorum facit tolerantiam laborum et dolorum. De Patient., cap. 4.

8. Nemo nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. *Ibid.*

9. Sicut omnes qui sciunt, non sunt participes scientiae: ita omnes qui patiuntur, nec sunt participes patientiae. *Prosec.*

10. Sed qui passione recte utuntur, hi patientiae munere coronantur. *Ibid.*, cap. 6.

11. Quanto maior est in sanctis charitas Dei, tanto magis pro eo quod diligitur, omnia tolerantur. *Prosec.*

12. Quanto autem est in peccatoribus cupiditas mundi, tanto magis pro eo quod concupiscitur, omnia tolerantur. *Ibid.*, cap. 17.

13. Quanta pro falsis divitiis, quanta pro vanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus, periculosissima et molestissima patientissime tolerantur? De Patientia, cap. 3.

14. Si tanta suffert anima ut possideat unde pereat, quanta debet sufferre ne pereat? *Ibid.*, cap. 7.

15. Vir mitis et benignus, etiamsi patitur mala, pro nihilo ducit, et tranquillo animo, et serenissimo vultu procedit. De Salut. docum., cap. 22.

16. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiat. Lib. 1 de Civit. Dei, cap. 8.

17. Bellum gravius et amarum cogitari non potest, quam ubi voluntas sic adversa est passioni, et passio voluntati, ut nullius earum victoria tales inimicitiae fiantur, et ubi sic conflictat cum ipsi natura corporis vis doloris, ut neutrum alteri cedat. *Ibid.*, lib. 49, cap. 28.

18. Non ex passione certa est iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est. Lib. 1 contra Epist. Parmeniam, cap. 7.

19. Brevis est molestia tua, aeterna erit beatitudo tua: ad modicum doles, sine fine gaudebis. Super Psalm. xxxvi, conc. 2, vers. 18.

20. Melior est tristitia iniqua patientis, quam letitia iniqua facientis. Super Psalm. lvi, vers. 9.

21. Multi dolores, sed multae consolationes: amara vulnera, sed suavia medicamenta. Super Psalm. xciii, vers. 19.

22. Bonum est quod vis, sed tolera quod non vis, ut assequaris quod vis. Super Psalm. lxxix, vers. 17.

23. Non haec quae pateris mala, mala sunt: si enim iuxta sunt, bona sunt, sed tibi patienti haec mala sunt. *Prosec.*

24. Non vis ut mala sint tibi quae iuxta sunt Dei? non sit mala in conspectu Dei iniquitas tua. Super Psalm. cii, vers. 3.

25. Considera ubi sis, quid egeris vide, quare patiaris vide, et ibi vides quid patiaris. Super Psalm. cxlv, vers. 5.

26. Christus praedicit labores usque in finem venturos ipsi saeculo, et tu vis ab istis laboribus exceptum esse christianum: quia christianus est, aliquid plus passurus est. De Pastoribus, cap. 5.

27. Si exceptus es a passione flagellorum, exceptus es a numero filiorum. *Ibid.*

28. Quisquis dum id quod non vult patitur, non peccat: nam si iuste patitur, non in eo peccat quod patitur invidus, sed in eo peccavit quod ita fecit volens, ut quod nollet jure pateretur. Lib. 3 de Lib. arbit., cap. 16.

29. Nihil est animae sua carne propinquius, ideo mundi hujus perfectus contemptor, cum alibi patitur, nihil patitur. Epist. 120, cap. 13.

30. Non omnis qui aliquid patitur, habet eam virtutem quae patientia nuncupatur. De Continent., cap. 12.

31. Nemo se immeritum pati aliquid asperum dicat: quia si non facis, saltem verbis peccatur: et si non verbis, saltem temeraria praesumptione intus in corde, vel sermonibus cogitationum; et quoniam Deum non latent, nemo flagellatus dicat indigni se accipere disciplinam. Annot. in Job., cap. xxxviii.

32. Non debet quid quisque patiatur, sed quare patiatur, attendi. Lib. 4 contra Crescon., cap. 46.

33. Homo es, humani nihil abs te alienum puta, et in eis quae non pateris, compatere patientibus. Lib. 4 contra Julian., cap. 16.

34. Dignare aequo animo pati per meritum tuum, quod Christus pati dignatus est, ut te a sempiterna morte liberaret. Tract. 3 super Joan.

35. Quid times pati pro te? prior patior pro te. *Ibid.*

36. Quod te Deus non vult pati, non pateris: quod te permisit pati, flagellum corrigentis est, non poena dammantis. *Ibid.*, tract. 7.

37. Quando mali aliquid pateris, Deum accusas. *Ibid.*, tract. 28.

38. Pateris malum, noli teipsum pati malum. Hom. 29 ex lxxi *Hom.*, cap. 3.

39. Hostem quem patimur, pagani non patiuntur, illos ipse possidet. De Utilit. jejunii, cap. 8.

40. Bonorum mens, quo duriora pro veritate tolerat, eo certius aeternitatis praemia sperat. In suis *Prov.*, verbo Bonorum.

41. Quod omni modo necesse est pati, patienter sustine. *Ibid.*, verbo Quod.

42. Ultra modum sunt delicati, qui nulla adversa volunt pati. *Ibid.*, verbo Ultra.

43. Triplex est in patiundo malum: quod a te pateris, quod a proximo, quod a Deo: primum est austeritas penitentiae; secundum vexatio alienae malitiae; tertium, flagellum correctionis divinae: in eo quod a te pateris, debes voluntarie sacrificare; quod a proximo, patienter ferre; quod a Deo, sine murmure, et cum gratiarum actione sustinere. Serm. 1 de SS. Petro et Paulo.

44. Sunt plerique qui laborem et dolorem patiuntur; sed necessitas in causa est, non voluntas. Serm. Fer. 4, hebdom. paschalis.

45. Devotus miles non sentit sua, cum benigni ducis contuetur vulnera. Serm. 61 super Cant.

46. Quidquid pati poterimus, amaritudini Dominicae passionis comparatum, aut parum, aut nihil poterit aestimari. Lib. de Passione Dom., cap. 23.

47. Tanto quisque convincitur minus sapiens, quanto minus est patiens. Serm. 35 ad Sororem.

48. Quid tu, o christiane, times pati, cum te rex tuus processerit ad passionem? *Prosec.*

49. Turpe est, et valde alienum, immo contra naturam, ut sub capite dolente membrum non doleat, et sub capite vulnerato membrum non sentiat, et sub capite moriente membrum vita non careat.

50. Quis miles de bello exire praesumpserit, et non vulerit voluntarie pati, si rex suus ad mortem fuerit vulneratus? Serm. 2 de Phr. mart.

51. Proh dolor! et dolore tabesco, quia non est hodie qui vellet pro Domino pati, non dico fracturam, non mutilationem membrorum, non disruptionem ossium, vel suffusionem costarum, sed nec modicum verbum, immo nec signum ei contrarium. *Ibid.*

52. Perfectus est adversa tolerare patienter, quam bonis operibus insudare. De Grat. virt., cap. 2, de Satisfactione.

53. Nulla tribulatio passionis terreat, quos resurrectionis spes magna letificat. Super Psalm. xxxix.

54. Non potest accipi dolorum et passionum

corona, nisi praecedat in dolore et passione patientia. De Bono Patient., cap. 4.

55. Fructuosissimum ac saluberrimum est in praesenti, paterne castigari, multiplicitate tribunalium, adversitatibus exerceri, corripi et tentari, dummodo patienter feratur. *Prosec.*

56. Nonne insipientiae et nimiae imperfectionis, imo insanie est indicium, non velle adversitates, correptiones, tentationes, tribulationes libenter sufferre, sed statim irasci, indignari, turbari, deijci! Super Epist. Jacobi, cap. 1, act. 1, in illud: Omne gaudium existimate.

57. Vis regnare cum Christo? patiaris cum Christo. Epist. ad Damas. Pap. de morte D. Hieron.

58. Modicopassio, gloria infinita. In suis *Opus.*, colloquio 33.

59. Donec excessus doloris nullus cernitur, passionum acerbitas, non quanta fuerit, aestimatur. In Annot., super cap. iii, Job.

60. Sancti in omnibus quae extra et intus patiuntur, nec in injuriis Dei excedunt, nec in contumeliis pravorum. Super Job, cap. ii.

61. Non sit grave pati, cito finiendi sunt labores, et premia danda: brevis labor, festinata gloria. Super Apocal., cap. 4.

62. Maledicus patitur, qui passionis sui tempore, in sui saltem injuriam persecutoris effrenatur. Lib. 3 Moral., cap. 12, super illud 1 Petri iv: Nemo vestrum patiatur quasi maledicus.

63. Quo se interius gaudis animus robustius inserit, eo minus exterius dolores sentit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 12.

64. Pia mens cum se adversa ab hominibus perpeti conspiciat, in divinae gratiae consolatione requiescit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9, num. 14.

65. Justa sunt cuncta quae patimur; et valde injustum est, si de justa passione murmuramus. *Ibid.*, cap. 13, num. 18.

66. Valde minoris laboris est, aut docere cum nihil toleras: aut tolerare cum nihil doces. *Ibid.*, lib. 3, cap. 12.

67. Iustitia exigit, ut ea inviti patiamur, quae arbitrio et sponte volentes fecimus. *Ibid.*, lib. 4, cap. 24.

68. Tanto quisque se ad fortitudinem proficiscis verius demonstrat, quanto aliena mala robustius tolerat. *Prosec.*

69. Qui in eo conferre contrarietatem non valet, pusillanimitatis suae gladio confossus jacet. *Ibid.*, lib. 5, cap. 13.

70. Quo unicuique plus dulce fit, quod de aeternis desiderat, eo magis ei grave ostenditur, quod pro praesentium amore tolerat. *Ibid.*, lib. 8, cap. 5, num. 9.

MONSUS
CARTEUS.

S. EUSEBIUS
CAESARIENSIS.

S. FRANCIS
ASSISIENSIS.

FRANCISCUS
TITELM.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNUS.

V. BEDA.

S. CYPRIAN.

S. DONAV.

CAESIODOR.

S. CYPRIAN.

74. Mala presentis vite tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum, quod sequitur, negligit: et quia non vult premia considerare, ruae restant, gratia aestimat esse quae tolerat. *Ibid.*, lib. 10, cap. 12.
 72. Perfectae magnitudinis laus est, adversa perferri: et exterius fortiter, et interius clementer. *Ibid.*, lib. 22, cap. 7, num. 12.
 73. Persumptio nimis taciti, cum nonnulla injusta patiuntur, eo in maiorem dolorem procedunt, quo ea quae sustinent, non loquuntur. Part. 3 *Pastoral.*, cap. 1, admonit. 15.
 74. In his quae patimur, nullum contra Deum murmur cordi vestro surrepat: quia ad quid hoc Creator noster operetur, ignotum est. Lib. 8 in *Registro*, indict. 3, cap. 31, epist. 31, ad *Liberium exprofect.*
 75. Creatori nostro in cunctis adversitatibus gratias referamus, atque de eius misericordia confidentes, patienter omnia toleremus: quia semper minus patimur, quam meremur. *Ibid.*, cap. 44, epist. 41, ad *Domnium, episc. Carthagin.*
 76. Nil ita vincit persecutores, sicut promptitudo passionis. *Orat.* 21, ad *Heronem.*
 77. Magnus est, qui vicerit magna: ingentis virtutis est, ingentia superare. Epist. 6, ad *Amicum.*
 78. Nemo id necessitate pati non potest, quod pro Deo pati voluntate delectat. In *Regula monachorum*, cap. 8, de *Laudibus eorum.*
 79. Nihil est quod non toleret, qui perfecte diligit. In *Regula monachorum*, cap. 28, de *Charitate.*
 80. Breve est quiddam patimur ab adversariis Dei, et habet victoriae premium, licet non habeat praesul longi laborem. Super *Psal.* cxxix.
 81. Qui dolorem capitis non patiuntur benigna, pro Christo capitis abcessionem quomodo pateant? Lib. 1 de *Claustro animae*, cap. 42.
 82. Boni patiuntur et mali: sed boni salubriter mali vero ad emulium damnationis. Super *Gen.*, cap. xl.
 83. Quiddam mali patimur, vitii nostri est, qui dulcem Deum veritatis in amarum, et cogimus scire volentem. Super *Psal.* lxxvii.
 84. Quod iure quis patitur, non est injuria: aliud est enim pati injuriam, aliud pati supplicium: injuriam patimur injuste, supplicium iuste. Super *Psal.* xlv.
 85. Facta praecedentium recolimus, et gratia non erunt, quae sustinemus. In *Prologo.*
 86. Patiuntur sancti a mundo, a se, a Deo, a diabolo. Super *II Tim.*, cap. iii.
 87. Gratia vere maxima est, dignum censi propter Christum aliquid pati: et corona vere perfecta, et merces futura retributione non minor. *Homil.* 5, de *Fide Annae.*

E. GREGOR. NAZ.
 S. HIERON.
 S. HILARIUS.
 HUGO A S. VICTORE.
 HUGO CARD.
 S. JOANNES CHRYSOST.

88. Magna consolatio est, aliquod propter Christum pati. *Homil.* 31, super *Acta Apost.*
 89. Non ad punitionem aliquas passiones hic susceperunt sancti: sed ut clarui in luctamine vicisse cognoscerentur. *Homil.* 42, super *Moth.* *Oves imperf.*
 90. Pro Christo pati, gratuitum munus est, ac majoris admirationis, quam sit revera mortuos excitare, et signa miranda patrare. *Serm.* 4, super *Epist. ad Philip.*
 91. Si in hac vita male patimur, gaudeamus: peccatorum quippe est expiatio. *Homil.* 5, super *Eois. ad Hebr.*
 92. Quanto quis acerbiora passus fuerit, tanto magis gloria exrescit. *Ibid.*, *homil.* 22.
 93. Quod male fers, assuesce, feres. *Tract. de Parvul. ad Christum trahendi*, consid. 4.
 94. Omnes cupimus vivere et regnare cum Christo, sed non omnes pati volumus cum Christo. Super *Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 8.
 95. Tanto spes in Deo solidior surgit, quanto pro illo quisque graviora pertulit. In cap. 4, *Regul. S. Bened.*, verbo *Iustus.*
 96. Si vis esse in numero filiorum, sis prius in collegio patientium. *Ibid.*, in cap. 7, grad. 4, verbo *Quanto.*
 97. Nemo patiens, nisi doctus: eum itaque restimaverim doctum, qui sapienter patitur quod videtur patiendum. *Prosepe.*
 98. Non est virtus pati, nisi sit voluntas resignata patiendi: patiuntur fures supplicium, et quis non est Deo subiecta voluntas, patiendi impatientes dicuntur. Epist. 3, ad *Quosdam moniales.*
 99. Considerare unumquemque secum docet, quanto satius sit, pro perpetuis bonis, mala brevia perferre, quam pro brevibus et caducis bonis mala perpetua sustinere. Lib. 6, de *Divin. inst.*, cap. 4.
 100. Omnia amara et gravia patienter ferenda sunt. *Ibid.*
 101. Passio passione vincitur, et cruciatus cruciatibus superatur. De *Casto conuiu.*, cap. 8.
 102. Pati pro Deo res tantae dignitatis est, ut homo iure se reputare debeat eo honore indignum. De *Insiti. spirit.*, cap. 8.
 103. Qui acerba tolerat, laeta etiam adipiscetur: et qui tristitia fortiter sustinet, non carebit iocundis. De *Orat.*, cap. 87.
 104. Si dura sunt quae sentis, reputes te durioribus esse dignum. Epist. 134, ad *Vulfilium. ciecunum.*
 105. Expedit, tolerari dura ne veniant duriora. *Ibid.*, epist. 137, ad *Alexand.* de *S. Albano.*
 106. Tunc leve nobis videtur omne quod pati-

JOAN. GENE.
 JOAN. TULIE.
 LACT. FIRM.
 S. LAURENT. JUSTIN.
 LUDOVICUS BLOSIGES.
 S. NIKUS ABR. MARP.
 PETRUS EISENSIS.
 S. PET. DAM.

mur, si gravis esse perpendimus quod meremur. Lib. 3, epist. 14, ad *Nitvros.*
 107. Proprium est creaturae pati. De *Chirubin.*
 108. Nihil amarum quam id ipsum pati quod feceris alius. Lib. 2, *advers. Marcionem*, cap. 13.
 109. Hoc me miserum et infelicem! parvam corporis lacionem sentio, et gravissimas Domini mei penas non pondero. *Medit.* 22, de *Chr. passione*, cap. 9.
 110. Si nihil adversitatis vis pati, quomodo eris amicus Christi? Sustine cum Christo et pro Christo, si vis regnare cum Christo. Lib. 2, de *Imit. Christi*, cap. 4, sect. 4.
 111. Qui melius scit pati, iste est victor sui et dominus mundi, amicus Christi, et haeres caeli. *Ibid.*, cap. 3.
 112. Satis cito sentimus et ponderamus quid ab aliis sustinemus: sed quantum alii de nobis sustinent, non advertimus. *Ibid.*, cap. 5, sect. 1.
 113. Pati tibi remanet, si Jesum diligere, et perpetuo illi servire placet. *Ibid.*, cap. 12, sect. 12.
 114. Utinam dignus esses aliquid pro nomine Jesu pati, quam magna gloria remaneret tibi. *Ibid.*, cap. 12, sect. 13.
 115. Merito debes libenter modicum pati pro Christo, cum multis majora patiantur pro mundo. *Ibid.*
 116. Nihil Deo acceptius, nihil tibi salubrius in mundo isto, quam libenter pati pro Christo. *Ibid.*, cap. 12, sect. 14.
 117. Si dixeris te non posse multa pati, quomodo tunc sustinebis ignem purgatorii? de duobus malis minus est semper eligendum: ut ergo aeterna futura supplicia possis evadere, mala presentia studeas pro Deo equanimiter tolerare. *Ibid.*, lib. 3, cap. 12, sect. 2.
 118. Sive parva, sive magna sint, stude cuncta patienter sufferre. *Ibid.*, cap. 19, sect. 1.
 119. Non est verus patiens qui pati non vult, nisi quantum sibi visum fuerit, et a quo sibi placuerit. *Ibid.*, cap. 19, sect. 3.
 120. Sine certamine non potes venire ad patientiae coronam: si pati non vis, recusas coronari. *Ibid.*, cap. 19, sect. 4.
 121. Noli, miles Christi, desperare, nec aestimes te a Deo derelictum, si multa tibi occurrunt ad patiendum: quia non est melior Christo passo nec martyrbus sanctorum atrociter interfectis. *Serm.* 14, ad *Novat.*, divis. 7.
 122. Porta coeli injuriarum atque tribulationum est. *Perquis.* Lib. 3, num. 84.
 123. Quanto magis homo exterior patitur, tanto amplius interior viret. Lib. 10, cap. 5.

IN VITIS PATR.

SENTENTIAE PAGANORUM.
 124. Quod merito patieris, patienter ferre magno. Lib. 3 *Distichor.*, metr. 37.
 125. Quando praestitimus quod debuimus, moderate quod evenit, feramus. Lib. 6, epist. 4, ad *Torquatum.*
 126. Est utilis ad persuadendum ea quae acciderunt ferri posse, et oportere, enumeratio eorum qui talia tulerunt. Lib. 4, *Tusc. quest.*
 127. Optimum est pati quod emendare non possis. Epist. 407.
 128. Quod pati non vis ab alio, neque id facias. *Sent.* 169.
 Vide etiam tit. *Correctio*, sent. 112; *Jesus*, sent. 38; *Innocentio*, sent. 37, 57; *Martyrium*, sent. 76, 166; *Murmur*, sent. 46; *Omnia*, sent. 60; *Persecutio*, sent. 24, 26.

SENTENTIAE PATRUM.
 1. Doles, domine, non tua, sed mea vulnera: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem. Lib. 10, super *Luc.*, cap. xxii, in illud: *Tristis est anima mea.*
 2. Passio Christi nostra redemptio est, mors Christi vita nostra est. *Serm.* 56, de *Cruce Christi.*
 3. Passio Christi est regni aperiens. *Serm. Dom.* 2 post. *Trinit.*
 4. Sanande nostrae miserie convenientior modus alius non fuit, nec esse oportuit, quam per Christi passionem. *Prosepe.*
 5. Quid tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, mentes mortalium, quam ut demonstraretur, quantum Deus nos diligeret? Lib. 13 de *Trinit.*, cap. 10.
 6. Christus esurivit, qui omnes pascit: sitiivit, per quem creatur omnis potus: ab itinere terrestri fatigatus est, qui se ipsum nobis viam fecit in caelum; Obmutuit et obsurdit coram convitantibus se, per quem mutus locutus est, et surdus audivit: vincitus est, qui de infirmitatum vinculis nos solvit: flagellatus est, qui omnium dolorum flagella de hominum corporibus expulit: crucifixus est, qui cruciatibus nostris finivit: mortuus est, qui mortuos suscitavit; resurrexit nunquam moriturus, ne ab illo quisquam sic discedet mortem contemneret, quasi nunquam futurus. De *Catechesi rudib.*, cap. 22.
 7. Insipiente vulnera pendentes, cicatrices resurgentes, sanguinem morientis, pretium credentis, commercium redimentis. De *sancta virginit.*, cap. 54.
 8. O error horrendus! itane, o Caipa, ut placeas Deo percutis patientem Deo, et templum Dei vivum te feriente prostrauerit, ne Dei templum

CATO POET.
 CICERO.
 SENECA.
 SIXTUS PHILOSOPH.

S. AMBROS.
 S. ANTONIUS DE PADUA.
 S. AUGUST.